Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26172
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mendacii factus est. quo ditatem hominis repmittens ac dicens. eritis
sicut dii. in ueritate non stetit. sed ab initio factus est homicida
uel ad a in mortalitatis conditionem inducens uel abel insti
gatione sua per manum fratris intimens. Sed iam disputationem
4 nostram duarum ferme noctium lucubratione confectam subsequens
aurora concludit. ac de profundissimo questionum pelago
cymbala collationis huiusce ad tutissimum silentii portum
compendium nostre rusticitatis adtraxit. In quo quidem profundo
quanto nos interius diuini spiritus induxerit flatus. tanto dif
fusior precedens oculorum acies semper aperietur in mensitas. ac secundum
sententiam salemonis. longius fiet a nobis magis quam erat. Et
alta profunditas. quis inueniet eam. Quam obrem dominum deprecemur.
ut in nobis timor eius uel caritas. que nescit cadere in mobi
lis perseuerat. que et nos et sapientes in omnibus faciat. et a
diaboli telis protegat semper illesos. His et enim custodibus
impossibile est quempiam laqueos mortis incurrere. Inter perfec
tos autem et imperfectos ista distantia est. quod in illis quidem fixa
et ut ita dixerim maturior caritas tenacius perseuerans firmius
eos ac facilius facit in sanctitate perdurare. in his uero uelut infirmius
collocata ac facilius refrigescens. cito ac sepius eos peccatorum
laqueis compellit implicari. Quibus auditis. ita nos collati
onis huius sermo inflamauit. ut maiori mentis ardore
abeuntes a cella senis quam ante uenientes doctrine eius
plenitudinem sitiremus. Explicit coll. ii. abbatis Se
re ni. Incipit coll. i. abbatis ysaac de oratione.

VIII. De perpetua orationis atque incessabili iugitate
quod in secundo libro institutionum promissum est collatio
nes huius senis que nunc in medium proferemus. i. abbatis ysaac dono
fauente complebunt. Quibus explicatis. et preceptis beatissi